scriptionem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia ante
decursum unius anni transportare in hac vel meliori forma
verborum sub simili vadio sexaginta duorum florenorum pennae
pro quo quidem vadio, sive vadiis si se ipse recognoscens eum suis
posteris praedicto Sabamier vel eius successoribus ad officium pro-
castrensis praemisliensis citare permiserit. extunc foro suo quovis
proprio omnisso coram eodem officio in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato
summae similis vadio omnibus exceptionibus controversiis
praescriptionibus, suspensionibus, vera vel simplici infirmita-
tibus, actione promaiori, legalibus quibusvis impedimentis
ad quietum dillationem non petendo, motionibus appellationibus ea-
rumque prosequendis, poena trium marcarum et triplici poena
ac aliis omnibus generaliter dillationibus iurisque remediis semo-
tis et in partem reiectis satisfacere cum suis posteris tantum quantum
opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in prae-
missis obstante.

414

Litinski Nr Blazowskij

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus
praemisliensibus nobilis Roman Litinski mente et corpore sanus
existens a iure foro suo proprio quibusvis recedens, sive vero
castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia
quo ad infrascripta tantum attinet incorporando publice recognovit. Quia
nobili Joan Blazowski Mihowicz et eius successoribus quadra-
ginta florenorum pennae monetae polonicalis certi veri et liquidi de-
biti sive mutuatae pennae tenetur, praesentisque se et suos successores
super omnibus bonis suis obligat et inscribit pro die et festo
conversionis sancti Pauli apostoli proxime venturo solvere
realiterque circa acta praesentia reponere et relinquere sub
vadio similis summae quadraginta florenorum pennae monetae po-
lonicalis, in defectu solutionis summae eiusque principalis
ad solvendum succumbendo et in summam capitalem convertendo.
Nihilominus praefatus Litinski se et suos successores super om-
nibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad
acta terrestria praemisliensia ante decursum unius anni in hac vel
meliori forma verborum transportare sub vadio similis summae qua-
draginta florenorum pennae. Pro quaquidem summa tam et pro va-
dio sive vadiis si se ipse recognoscens cum suis posteris prae-
dicto Blazowski vel eius successoribus ad officium praesens castrensis
capitaneale praemisliensis citare permiserit, extunc foro suo
quovis proprio omnisso coram eodem officio in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro
praefata summa principali vadioque sive vadiis omnibus exce-
ptionibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, lega-
libus quibusvis impedimentis, vera vel simplici infirmitatibus
actione promaiori, ad quietum dillationem non petendo, motionibus
appellationibus earumque prosequendis, poena trium marcarum et
triplici poena ac aliis omnibus generaliter dillationibus iurisque reme-
diis semotis et in partem reiectis satisfacere cum suis posteris

tantum quantum opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri
in praemissis obstante.

Kormanczki obligat Vrzeczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus ca-
pitanealibus praemisliensibus generosus Georgius Kormanczki olim
generosi Stanislai Kormanczki filius, mente et corpore sanus existens
a terris dictis iuribusque suis quibusvis proprius ac foro competenti
recedendo, praesenti vero castrensi praemisliensi iurisdictioni
se successores cum bonis suis omnibus quo ad actum effectumque totius inscri-
ptionis praesentis attinet incorporando et subiciendo publice per exp-
ressumque recognovit. Quia generoso Petro Vrzeczki et eius
legitimis successoribus bona sua haereditaria vigore totam et integram
villam Koniusza cum praedio in terra Pultusca consistentem, cum omni iure
dominio proprietate ac cum omnibus et singulis attinentiis per-
tinentiis, fructibus, proventibus, redditibus utilitatibusque uni-
versis nil iuris dominum proprietatis ac quorumvis usufructuum
et utilitatum in praedictis bonis pro se et suis successoribus reser-
vando et excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in specie com-
prehensis, a granitiebus ad granities, ita vigore prout ipse bona
eadem tenuit habuit et possidebat, sive ad festum nativitatis do-
mini proxime venturum in summa mille florenorum pennae monetae et
numeri polonicalis obligavit inscripsit et invadiavit, praesentisque
obligat inscribit et invadiat. Et in defectu protunc exempti-
onis et summae praefatae persolutionis, extunc ad aliud simile
festum nativitatis domini et sic de anno in annum annis se sequentibus usque
ad exemptionem et summae praefatae plenariam et omnimodam
coniunctim persolutionem iuxta cursum terrestrem. Et iam exnunc
praedictus Georgius Kormanczki eidem Petro Vrzeczki in
bona praefata villam Koniusza, dat et dedit realem nitrorum cum
actuali et pacifica possessione, in bonisque praefatis tunc dum ad eandem
acceptandam cum ministeriali et nobilibus venerit se et suos
successores super omnibus bonis suis obligat daturum et admissurum
sub vadio similis summae mille florenorum pennae. Per ipsum Petrum
Vrzeczki et eius successores bona praefata tenendo habendo possidendo
pro usque suo et successorum suorum beneplacito convertendo usque
ad exemptionem et summae praefatae persolutionem. Tenebi-
tque praefatus Georgius Kormanczki cum suis posteris quos
secum super omnibus bonis suis haereditariis et obligatis mobilibus
et immobilibus nunc et in post habitis obligat et inscribit, eundem
Petrum Vrzeczki et eius successores in bonis praefatis et omnibus
eorundem ab omni quavis impetitione iuridica omnibusque quibus
violentiis et impedimentis quarumlibet personarum propinquarum
et remotarum status sexus et conditionis cuiusvis existentium
nec non ab omnibus et singulis iuribus et inscriptionibus priori-
bus et posterioribus, debitis vinculis reformationibus, adiutalitatibus
cuicunque personarum factis et faciendis, citationibus, concitationibus,
adcitationibus, innotescentiis tam terrestribus quam castrensibus sive etiam
regalibus in bona praefata importatis et importandis. Lucris per-

415